

rum necessitatibus sponte subiciunt, dignè nostris provisionibus consolentur. Quia igitur te Theodorum, virum eloquentissimum, Confiliarium nostrum, mancipiorum cognovimus ministerio defuitatum; idè puerum nomine Aconinum, natione Siculum, juri, dominique tuo dari, tradidit precipimus: quem quoniam traditum ex nostra voluntate jam possides; hujus te necesse fuit scripti, pro futuri temporis testimonio, ac robore largitatis, autoritate fulciri: quatenus Dominò protegente, securè cum semper, & sine ullius retractationis suspitione, quippe ut dominus, valeas possidere. §. CORR. ROM. a Te. Addita est vox ista, & cetera sunt emendata ex originali, ut intelligatur eundem esse qui scribitur, & cui fit donatio.

§. Possidere. Apud Beatum Gregorium hæc sequuntur: Neque enim quemquam fore credimus, qui tam parvam largitatem pro tua tibi devotione concessam desideret, vel tenet illo modo revocare: cum uno eodemque tempore, & reverendum sit ad Deos servos bene gesta resolvere, & reverendum sit docere ceteros in sua quandoque refulgentiori proferre largitatis sententiam.

GRATIANS. MISERATIONIS quoque intuitu servi Ecclesiarum libertate donari possunt. Unde

LXVIII. GREGORIUS I. Montanæ, & Thomæ lib. 5. Epist. 12. seu c. 112. [an. 595. Roma.]

Miserationis, & pietatis intuitu servi Ecclesiarum possunt manumitti.

Cum Redemptor noster totius Conditor creaturæ, ad hoc propitiatus Humanam voluerit carnem assumere, ut Divinitatis suæ gratia, disrupto, quo tenebamur captivi, vinculo servitutis, pristina nos restitueret libertati; salubriter agit, si homines, quos ab initio natura liberos protulit, & Jus Gentium jugo subsistit servitutis, in ea, in qua nati fuerant, manumittentis beneficio libertate reddantur. Atque idè pietatis intuitu, & hujus rei consideratione permoti, vos Montanam P., atque Thomam famulos sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui, Deo adjutore, deservimus, liberos ex hac die, civisque Romanos efficitur; omnique vestrum vobis relaxamus servitutis peculium. Et infra. Hanc autem manumissionis paginam Patro Notario scribendam dictavimus, & propria manu unâ cum tribus Presbyteris prioribus, & tribus Diaconis pro plenissima firmitate subscripsimus, vobisque tradidimus. Actum in urbe Romana.

CORR. ROM. a Peculium. In vetusto codice Epistoliarum B. Gregorii Bibliothecæ Vaticanæ legitur, periculum.

GRATIANS. ITEM servi Ecclesiarum publicis angariis non debent fatigari. Unde legitur

LXIX. IN CONCILIO TOLETANO III. c. 21. [an. 589. in Hispania.]

Servi Ecclesiarum publicis angariis non fatigantur.

§. Lib. 6. Cap. c. 290. Ivo, p. 3. c. 138. Clericorum a servos, & Episcoporum, vel omnium Clericorum ad Judicibus, vel Actoribus publicis in diversis angariis fatigari dolemus. Propter quod omne Concilium a pietate gloriosissimi Domini nostri poposcit, ut tales deinceps ausus inhibeat: sed servi supra scriptorum officiorum in eorum usus vel Ecclesiæ laborent. Si quis vero Judicum, aut Actorum, Clericum, aut servum Clerici, vel Ecclesiæ, in publicis, ac privatis negotiis occupare voluerit, à communione Ecclesiastica, cui impedimentum facit, efficiatur extraneus.

CORR. ROM. a Ecclesiarum. In ceteris hujus Concilii exemplaribus impressis, & manuscriptis, quæ collata sunt, & apud Ivonem legitur quemadmodum apud Gratianum; præterquam in editione quatuor tomorum, & codice Lucensi Regio: in quibus initium capituli 21. sic habet: Quoniam cognovimus in multis civitatibus Ecclesiarum servos, & Episcoporum, vel o. c. a. i. v. a. p. in diversis angariis fatigari, omne Concilium, &c. Et hic quidem nulla facta est mutatio: alia vero, in quibus omnes Conciliorum codices concordant, sunt emendata.

GRATIANS. ITEM pro alimonia pauperum, pro redemptione captivorum res sacras distrahi licet. Unde ait

LXX. AMBROSIIUS lib. 2. de Officiis, c. 28. [an. 377. Mediolani.]

Rex sacre quibus ex causis alienari debeant.

Polyc. l. 6. tit. 20. Ivo, p. 3. c. 180. Ansel. l. 13. c. 28. I. d. ut. I. in vulgatis legatur, in captivitatem ducti. nec redempti? Cur tot ab hoste, orig. Arum Ecclesia habet, non ut fervet, sed ut erogat, & subveniat in necessitatibus. Quid opus est custodire, quod nihil adjuvat? An ignoramus, quantum auri, atque ante argenti de templo Domini? Adhuc sustulerunt? Nonne melius constat. Sacerdos propter alimonia pauperum, si alia subsidia desint, quam sacrilegus contaminata alportet hostis. Nonne dicitur est Dominus, cur passus es tot inopes fame mori? Et certe habebas aurum, unde minifrasse alimonia. Cur tot captivi deduci in commercium sunt, nec redempti, ab hoste occisi sunt? Melius fuerat, ut vasa viventium servares, quam metallorum. His non posset responsum referri. Quid enim dices? Timui, ne templo Dei ornatus decideret? Responderet, aurum

Sacramenta non quarunt: neque auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus Sacramentorum, redemptio captivorum est: & verè illa sunt vasa pretiosa, quæ redimunt animas à morte. Ille verus thesaurus est Domini, qui operatur quod sanguis ejus operatus est. Et post pauca.

§. 1. Nemo enim potest dicere, cur pauper vivit? nemo potest queri, quia captivi redempti sunt. Nemo potest accusare, quia templum Dei ædificatum est. Nemo potest indignari, quia humanis fidelium reliquiis spatia laxata sunt. Nemo potest dolere, quia in sepulchris Christianorum requies defunctorum est. In his tribus generibus vasa Ecclesiæ etiam initiata confringere, consilare, vendere licet: opus est, ut de Ecclesiæ mystici poculi forma non exeat: ne ad usus nefarios sacri calicis ministerium transferatur. Ideo intra Ecclesiam primùm quæ sita sunt vasa, quæ initiata non essent; deinde communita; postremò confata, per minutas erogationes dispensata egentibus, captivorum quoque pretiis profecerunt. Quod si defuit nova, & quæ nequaquam initiata videantur; in hujusmodi usus, quos supra diximus, arbitror omnia pie posse converti.

PITH. Aurum. Augustin. Sermon. 49. de divers. Non est Episcopi servare aurum, & revocare à se mendicantis manum.

LXXI. ITEM HIERONYMUS ad Nepotianum de vita Clericorum. [an. 352. in Italia.]

Non parietes templi ornare, sed pauperibus providere, gloria Episcopi est.

Gloria Episcopi est pauperum inopia provide, ignominia Sacerdotis est propriis studere divitiis. Natus in paupere domo, & in tugurio rusticano, qui vix milio, & cibario pane rugientem saturare ventrem poteram; nunc simulam, & mella fastidio. Item paulo inferius.

§. 1. Multi ædificant parietes, & columnas Ecclesiæ subtrahunt, marmore nitent, auro splendunt laquearia, gemmis altare distingunt; & Ministerium Christi nulla electio est. Neque verò mihi aliquis opponat dives in Judæa templum, mensam, lucernas, thuribula, patellas, scyphos, mortariola, & cetera ex auro fabricata. Tunc hæc probabantur à Domino; quando Sacerdotes hostias immolabant, & sanguis pecudum erat remissio peccatorum: immo quam hæc omnia præceperunt in figura; scripta autem sunt propter nos, in quos fines seculorum devenerunt. Nunc verò, cum paupertatem domus suæ pauper Dominus dedicavit; portemus crucem, & divitias lutum putabimus. Item ibidem in extremo. §. 2. Amico quidpiam rapere, furtum est: Ecclesiam fraudare, sacrilegium est: acceptifera, quod pauperibus erogandum sit; & elurientibus plurimis, vel cautum esse velle, vel timidum, aut, quod aperitissimi sceleris est, aliquid inde subtrahere, omnium prædonum crudelitatem superat. Item ejusdem ad Paulinum, de institutione Monachi. §. 3. Crates ille Thebanus, homo quondam ditissimus, cum ad philosophandum Athenas pergeret; magnam auri pondus abiecit: neque putavit se simul posse & virtutes, & divitias possidere. Nos suffocant auro Christum pauperem sequimur; & sub prætextu elemosynæ pristinis opibus incubantes, quomodo postulum aliena fideliter distribuere, qui nostra timide reservamus? Plenus venet facile de jejunio disputat. Non Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis bene vixisse, laudandum est.

ITEM largitate etiam Episcopi stipendium de rebus Ecclesiæ Clericis dare licet: cuius professio sub precaria nomine fieri debet. Unde

LXXII. IN CONCILIO TOLETANO VI. c. 5. [an. 638. in Hispania.]

Qui beneficium ab Ecclesia accepit, ejus professionem nomine precaria faciat.

§. Epè sit, ut proprietati originis obstat longinquitas temporis. Quapropter providentes decernimus, ut si quis Clericorum stipendium de rebus Ecclesiæ, cujusquam Episcopi percepit largitate; sub precaria nomine debeat professionem scribere: ut nec per tentationem & diuturnam præjudicium afferat Ecclesiæ; & quæcumque in usu perciperit, debeat utiliter laborare: ut nec res Divini juris videantur aliqua occasione negligi; & subsidium ab Ecclesiæ, cui deserviunt, percipere possint Clerici. Quod si quis eorum contempserit facere; ipse se stipendio suo videbitur privare.

CORR. ROM. a Clericorum. In codice Conciliorum Lucensi Regio sequitur, vel aiarum quarumlibet personarum.

RELIGIONIS quoque intuitu ea, in quibus Ecclesia detrimentum non patitur, Monasteriis tradi possunt. Unde legitur

LXXIII. IN III. TOLETANO CONCILIO, c. 4. [an. 589. ibid.]

Licet religionis intuitu res Ecclesiæ alienentur.

SI Episcopus unam de parochianis Ecclesiis suis Monasterium dicere voluerit, ut in ea Monachorum regulariter congregatio vivat; hoc de consensu Concilii sui habeat licentiam faciendi. Qui etiam si de rebus Ecclesiæ pro eorum sub-

stantia aliquid, quod detrimentum Ecclesiæ non exhibeat, eodem loco donaverit; sit stabile. Rei enim bona statuenda sanctum Concilium dat consensum.

LXXIV. ITEM EX TOLETANO IX. c. 5. [an. 655. ibid.]

Non ultra quinquagesimam partem rerum Ecclesiæ, Monasterio, quod constituit, Episcopo licet conferre.

Ivo, p. 3. c. 170. al. consilium. Bona rei dare consilium, & præsentis habetur vitæ subsidium, & æternæ remunerationis expectare certum præmium. Quisquis itaque Episcoporum in parochia sua Monasterium construere forte voluerit, & hoc ex rebus Ecclesiæ, cui præfides, ditare decreverit; non amplius ibidem, quam quinquagesimam partem dare debet: ut hæc temperamenti æquitate servata, & cui tribuit, competens subsidium conferat, & cui tollit, damna gravia non infligat. Ad Ecclesiam verò que Monasteriis non informabitur regulis, aut quam pro suis magnificare voluerit sepulchris; non amplius quam centesimam partem census Ecclesiæ, cui præfides, ibidem conferre licet: at tamen cautela servata, ut unam tantummodo, quæ placuerit, ex his duabus remunerationibus assumat.

PITH. Bone, &c. Citatur in cap. 9. ext. de Donat. & in cap. 9. de is qui sunt à Prælat.

LXXV. ITEM GREGORIUS I. lib. 2. in d. 11. Epist. 17. Gratioso Subdiacono. [an. 593. Roma.]

Jure proprietatis res Ecclesiæ Monasteriorum adificiis tradere licet.

Ansel. l. 5. c. 32. Religiosam vitam elegantibus congruè non oportet consideratione prospicere; ne cuiusquam necessitatis occasio, aut deficiat faciat, aut robur (quod abbit) conversationis infringat. Ideo presentibus tibi auctoritate precipimus, quatenus domum positam in hac urbe, regione quarta; juxta locum, qui appellatur, ad Gallinas albas, vel hortum juris sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui auctore Deo prædicimus, in qua Campana quondam uxore Patritii manisse dignoscitur, simul & hortum, atque hospitia, quæ intra eandem domum janua concludit, Floræ Abbatis de bæbe tradere proprietatis jure proculdubio possidendam: in qua domo Monasterium Virginum (ubi cum congregatione sua habitare possit) Christo quæ adjuvante construere; & tam ipsa, quam quæ in ejus loco, honorèque successerit, prædicat domum, & hortum cum omnibus ad se pertinentibus (sicut diximus) quieto, inconvulsoque jure à nobis pietatis consideratione concessa valeat possidere.

CORR. ROM. a Uxor. In aliquot Epistoliarum editionibus, & nonnullis Gratiani exemplaribus non est ista dictio. In vetusto autem Vaticano Epistoliarum codice legitur, quondam Patritia.

GRATIANS. ECCE ostensum est, quomodo res Ecclesiæ sine culpa dari possint, & consistere his, quibus datur fuerint.

SI ANTE TEMPUS ORDINATIONIS SUÆ QUI NIHIL HABERE VIDERANTUR, ET POST ORDINATIONEM ALIQUA INVENISSE NOSCUNTUR, AN POSSINT EA RELINQUERE QUIBUS VOLUERINT.

QUESTIO III.

GRATIANS. NUNC queritur, si ante tempus suæ ordinationis nihil habere videbantur, quid de his fieri debeat, quæ post ordinationem suam invenisse noscuntur. De his ita statutum est.

I. IN CONCILIO CARTHAGINENSIS III. c. 49. [an. 397. in Africa.]

De his, qui primùm nihil habentes, tempore suæ administrationis aliqua acquirunt.

Placuit ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi, vel quicumque Clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore Episcopatus, vel Clericatus sui agros, vel quæcumque prædium nomine suo comparant; tamquam rerum Dominicarum invasionis crimine teneantur; nisi admoniti Ecclesiæ eadem ipsa contulerint. Si autem ipsi propriè aliquid liberalitate alienaverint, vel successione cognationis obvenierint; faciant inde, quod eorum proposito congruit. Quod si à suo proposito retrorsum exorbitaverint; honore Ecclesiastico indigni tamquam reprobi, judicentur.

PITH. Obvenierit. V. C. venerit.

II. ITEM EX CONCILIO TOLETANO IX. c. 4. [an. 655. in Hispania.]

De Ministris, qui nulla Ecclesiæ occasione, sed sui utilitate aliqua acquirunt.

Quicumque de Sacerdotibus, vel Ministris pro sui utilitate, atque amicitia, vel præstatione, aut quocumque modo, aut per scripturam seriem aliquid meruerit à quolibet percipere; in rebus Ecclesiæ non poterit numerari: sed quod exinde voluerit facere, ipsorum voluntatis arbitrio subiacebit. Quod si hoc post eorum mortem inordinatum

fortasse remanserit; Ecclesiæ, cui præfuit, vel Minister extitit, hoc sibi in perpetuum vendicabit.

ECCE quòd illa, quæ non ex officio Ecclesiastico, sed ex aliqua præstatione sua utilitatis lucratus est, potest dare quibus voluerit. §. 1. Sed queritur de his, quæ sibi communiter cum Ecclesiæ, vel sequestratim pro remedio animæ offeruntur, vel de tertia parte, quam de rebus Patrochialium Ecclesiarum sibi debitam accipit; si ea poterit dimittere quibus voluerit. De his ita diffinitur

III. IN CONCILIO AGATHENSI, c. 6. [an. 506. in Gallia.]

De Pontificibus, quibus ab extraneis, vel cum Ecclesiæ, vel sequestratim aliquid dimittitur.

Pontifices, quibus in summo Sacerdotio constitutis, ab extraneis, aliquid aut cum Ecclesiæ, aut sequestratim, aut dimittitur, aut donatur (quia hoc ille, qui donat, pro redemptione animæ suæ, non pro commodo Sacerdotis offerre probatur) non quasi suum proprium, sed quasi dimissum Ecclesiæ inter facultates Ecclesiæ computantur: quia justum est, ut sicut Sacerdos habet quod Ecclesiæ dimissum est; ita & Ecclesiæ habeat, quod relinquitur Sacerdoti; aut Ecclesiæ fortasse dimittur, quicumque alii postmodum profuturum, id inter facultates suas Ecclesiæ computare, aut retinere non poterit.

PITH. Extraneis. V. C. externis dumtaxat. Delet V. C. Sacerdoti. V. C. Sacerdotis nomine.

IV. ITEM EX CONCILIO TOLETANO IX. c. 6. [an. 655. in Hispania.]

Episcopus tertiam partem sibi debitam Ecclesiæ relinquere poterit.

Episcopus, si tertiam partem, quam de rebus Parochialium Ecclesiarum functione paterna sibi debitam novit, aut ipsi Ecclesiæ, cuius res esse patebit, aut alteri Ecclesiæ, quam elegit, conferre decreverit; & licitum maneat, & irrevocabile robur ejus sententia ferat.

SI DE SUIS ET ECCLESIE REBUS ALIQUA ACQUISIVISSE NOSCUNTUR, AN UTRIQUE COMMUNITER, AN SINGULARITER ECCLESIE VEL SACERDOTI JURE PROVENIANT.

QUESTIO IV.

QUOD autem queritur, si de suis, & Ecclesiæ rebus aliqua acquisivisse noscuntur, cui proveniant; ita diffinitur.

I. IN EODEM CONCILIO TOLETANO IX. c. 4. [an. 655. in Hispania.]

De his, qui de suis, & Ecclesiæ rebus aliqua acquisivisse noscuntur.

Sacerdotes, vel quicumque illi sunt, quibus Ecclesiasticarum rerum cura commissa est; quæcumque administrationis suæ tempore emerint; si de rebus propriis vel vile, vel carum habuerint; ad Ecclesiæ nomen, cui præfunt, chartarum conficere instrumenta procurant: non enim conventit, ut Ecclesiæ, quem suscepit extraneum, efficiat in alieno divitem, & in suo retineat fraudatorem.

§. 1. Hi verò, qui suarum rerum noscuntur habere compendium; ex omni re, quam post ordinationis suæ dieh visi sunt acquisivisse, sive nulla, sive aliqua sint instrumenta confecta; compensationem tam juris sui, quam Ecclesiasticarum rerum habita, si se utriusque rei quantitas exæquaverit; inter Ecclesiam & Decedentes heredes æquo jure conquistio pertinebit.

CORR. ROM. a Compensatione. In Concilio ipso, cum vetustis exemplaribus collato legitur, compensata tam juris sui, quam Ecclesiasticarum rerum habitudine.

PITH. Carum. V. C. patrum.

SI quis verò pro compendio suarum rerum, Ecclesiæ res detrimentum intulerit, vel si occasione rerum Ecclesiasticarum in rebus propriis detrimentum passus fuerit; vicissim qui lucrum sentiunt, detrimentum patientibus relaxant. Unde legitur

II. IN CONCILIO BRACARENSE, c. 8. [an. 572. ibid.]

Resarciantur detrimenta Sacerdoti, vel Ecclesiæ, quæ alterius occasione alter senserit.

Quicumque sub hoc neglectu res Divinas laborare distulerit, placito speciali ditringendus est: qualiter si de rebus, seu augmentis Ecclesiæ quantum laboribus suis proprie auxit, & ex hoc Ecclesiasticis rebus aut neglectum laboris exhibuit, aut minorationem, vel perditionem induxit; quidquid in rebus Ecclesiæ minuit, illi restituat; ex cuius rebus, atque suffragiis suos convictus fuerit ampliffime labores. Quod si aliquid pro utilitatibus Ecclesiæ, aut substantiæ expendit, aut dispendii, vel perditionis quidpiam pertulerit; si hoc comprobari poterit, totum illi à rebus